

1195, març, 28

*Ramon Gaufred de Madremanya ven a Bernat de Bellmirall tots els alous que té amb Guillem de Canapost i Guillem Gaufred al terme de la parròquia de Madremanya, pel preu de 16 sous barcelonesos.*

ASD núm. 51, perg. orig., 120 x 175 mm, carta partida.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus Gaufredi de Matremagna uendo tibi Bernarda de Pulcromirali et tuis perpetuo et cui dare uel dimittere siue impignorare uolueris omnia alodia que habeo cum Guilielmo de Canapost et cum Guilielmo Gaufridi in parrochia Sancti Stephani de Matremagna uel ubicumque fuerit, preter quandam uineam quam ibi habeo preter ista omnia alia alodia tibi et tuis perpetuo uendo precio .XVI. solidorum barchinonensium, de quibus recognosco me a te sic esse paccatum quod nil remanet penes te de prephata pecunia; et ideo de meo iure ac potestate cum hac presenti scriptura in tuum trado dorninium et potestatem ad faciendam ibi et inde tuam tuorumque uoluntatem amni tempore, omnibus meis uocibus et racionibus inde perpetuo extinctis, et iuro in Deum et super sacrosancta .IIII.or Dei Euangelia meis propriis manibus tacta quod contra hoc factum aliquo iure ab hac ora inantea non ueniam nec aliquo modo uenire possim, et si aliquo iure huic contractui obuiam ire possem, illi iuri penitus renuncio.

Actum est hoc .v. kalendas aprilis armo Domini .MCXCV.

Sig+num Raimundi Gaufridi, qui hoc firmo firmarique rogo. Sig+num Guilielmi Calueti. Sig+num Berengarii de Perlis.

(s. *man.*) Arnallus de Palacio, qui hoc scripsit die et anno quo supra. (s. *man.*) Ermengaudus presbiter et publicus escriptor Gerunde, subséribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 146-147